

Fel torpedinis siqs potui det, genitale mēbrū minime rigebit. Aliud. Lucerne spōte extincte scintillā adhuc viuā si in poculū cōieceris, & potui dederis, p totā noctē penis arrigi nō poterit. **Ex tralatiōe veteri.**  
 ¶ Ad erectionem pudendi. Pudendū intendūt & mouēt ad coitū ista, nucū pinearū, piperis, petro-  
 selini, scobis pudēdi ceruini aridi, terebinthinā, singulorū partes æquales, excipe melle, & ex vi-  
 no bibēdas præbe. Aliud. Cicerū crudorū, nucū pinearū singulorū ptes duas, seminū eruce, pi-  
 peris albi, singulorū partē vnā, mellis quod sufficit, da cū vino. Aliud. Vnge pudendum melle  
 anteq̄ coeas. Aliud. Semen eruce bibendū exhibe cū melle. Aliud. Succu eruce cyathos. ij.  
 cū pipere albo quod sufficit, da tribus diebus de tertio in tertiu: vel succu eruce & piperis albi da  
 cochlear vnū ieiuno. Confert etiā testa marini erinacei bibita, & lac bouinū bibitū. Aliud. Po-  
 lygonij semen & carnē pisciū fluuiialiū sicā terēs bibēdā præbe, tēlionē. n. facit. Similiter semen  
 portulacæ coctū cū lacte bouino mire prodest: itē oua perdicis si comedantur. Aliud. Semen  
 porri cū vino nō lymphato bibendū exhibe. Aliud. Succus polygonij bibitus facit prōptio-  
 res ad coitū. Aliud. Aquam in qua extinguit ferrū bibe cū vino. Aliud. Testiculi vulpis sic  
 ci bibe cochlear vnū. Aliud. Expressionē radicis asphodeli da bibēdā. Aliud. Quādo taurus  
 postq̄ co iuerit mīxerit terrā cōmiscē, & luto quod fit ex vrina, vnge pudēdū. Aliud. Sterco-  
 re bouis recēti vnge pudēdū. Aliud. Coccon gnidiū, hoc est oleastellū tere, & pmisce cū oleo  
 rosato, & vnge. Aliud. Succo verbenacæ vnge pudendum. } **F**

Ad somnum conciliandum.

CAP. 57.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subijcito, nominans concophon brachereon.

Ad eos, qui coire nequeunt.

CAP. 58.

Scammoniam ex aqua illinito.

Ad morsum venenosorum animalium.

CAP. 59.

Ad morsum venenosorum animalium fraxini folia tere, & ex succo da cochlearia tria nō febrī-  
 citatibus cū tribus cyathis vini. Aliud. Corticē arboris glādis, vel erucā quæ in oleribus nascit,  
 vel chamēpityn, vel alliū. vnū ex his terēs da cū vino nō lymphato ieiuno bibēdū. Aliud. San-  
 guis anatis aduersat oibus venenosis & mortiferis: hoc idē etiā faciūt carnes gallinæ nouiter oc-  
 cisæ si moribus imponant: obfistūt. n. oibus venenosis, & curāt præter aspidis morsum. Aliud.  
 Rutā da cū vino bibere. Aliud. Cerebrū gallinæ bibitum iuuat. **¶ Inunctio ad morsus vipera.**  
 Chalbanū cū cyprino vnge. Aliud. Serpyllū cū aceto similiter inūge. **¶ Suffumigia fugantia ve-**  
**nenosa animalia.** Pyrethrum & sulfur incēde, & fugient. Aliud. Cornu cerui & eius pingue-  
 do idē facit: Pellis etiā & pedes dextri si infigant portæ, prohibēt ingressum cuiuslibet venenosi.  
 Aliud. Pulmo asini si fumigēt, omne venenosum fugat. **¶ Ut vipera nō mordeat.** Draconteam  
 tere & vnge manū, & non mordeberis. Fructus vero ipsius herbe tritus cum aqua & positus in  
 equis peregrinātū fugat eas. Aliud. Ex succo solatri vnge manus. **¶ Epithema in morsu à vipera.**  
 Vipera caput abscindēs applica partē sanguinolētā loco demorso, liga: & dimitte sic. **¶ Fomentū**  
**ad morsum viperae & muris aranei.** Trifoliū bituminosum coque: & decocto calido locū demorsum  
 foue. Nullus autem fomento illo vtatur qui non patitur: transit enim affectus in eum vt putet se  
 à vipera vel araneo mure commorsum. } **G**

## LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS,

QVAE AD MANVM SVNT,

GALENO ASCRIPTVS,

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

CENSURA.

Liber ordine ac iudicio carens.

De gurgulionis, quæ & una dicitur, vitij curandis.



Gurgulionem male habitū ita sanē curare poteris. initio phlegmones victus mo-  
 dicus & boni succi esto, sorbitiōes & gargarizationes ex mulso fiant, aut mulsa,  
 aut sapa tepida, aut ex aceto mulso, quod gargarizetur solū & effundatur, & ne  
 deuoretur: māduccetur aut pyrethrū, aut piper, aut vna taminea, quam & staphi-  
 da agrian vocāt: hac trita cū nitro & sale, palato columellæ q̄ affricta, phlegmo-  
 nē dissipat: exterius aut hec eadē iposita, & alia similiter calefactiōtia & phlegmo-  
 nē mitigātia, & dolorē leuantia, epithemata vero & cataplasmata idonea sunt.

Ad pendentem columellam.

Hysopī radicē & caricarū succū vnā misceto, & gargarizato: perinde & ad tonsillas ac colu-  
 mellam vnā feruefaciens palmulas & lentem gargarizato.

Vt sine



- A** *Vt sine siti diu quis conseruetur.* 2.  
 Dulcis radicis succus potui deē, aut portulacæ cyathū deuorato. Aliud. Anesorū pōdo vnciā, dulcis radicis succi pondo vnciæ duæ, tragacanthæ madefactæ pondo tātūdē, cōficito pastillos, & in vmbra siccato, ex his vnū sub lingua cōtineto, & succū descēdere pmittito, & nō sities.
- Ad grauem auditum & surditatem.* 3.  
 Caprinū fel recens cum pari portione mellis ad carbones decocti mistū tepidū in aurem instillato. Aliud. Leporis fel recens cum pari mellis portione mistū & in cēpæ corio tepesfactum in aurem mitte: hoc enim remediū ei, qui vel nihil audiat, auditum restituit. Aliud. Suis mansueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admistū tepidū infunde, aut scillæ succū & rosaceum miscēs vttere. Aliud. Erui succū instillato, & stupā rosaceo imbutā superimponito.
- Ad cæliacos, hoc est uentriculosos.* 4.  
 Myrteas baccas virides, rosas aridas, malicoria, flores mali punice syluestris, gallas qnq; multo vino subigēs in vētriculū mitte: aut fabę cortices vino inferuefactas p clysteriū inijce: aut lētis decoctę, aut oryze nō purgate, aut sideritidis herbæ succū tepidū perinde p clysteriū imitte: itē & acacię succū p inferiores partes in vētrē da, aut cerusam & argētī spumā ex melle & vino tritā.
- B** *Ad uentris tormina.* 5.  
 Cuminum ex melle esui dato, & profectum miraberis: aut calami radicem ex vino calicię vnus mensura propinato.
- Ad supprimendū alui profusiuum.*  
 Aquam origanum incoctū habētem propinato. Aliud. Sepię testam & capillamenta crematā ex vino veteri potui offerro, aut rubi fructus cum folijs ad tertias decoctam propinato. Aliud. Cuminum gręcum & gallam non tritam cremato, & ex vino veteri potui dato cum ad tertias redactum fuerit: id facito per triduum.
- Ad eminentias internas scissuras, ficosq; in sede.* 6.  
 Auripigmenti fissi pondo vncias tres, quernæ cariei pondo vncias quatuor, ex omnibus in vnum tritis aridum medicamentum componito: ita vero vtitor, locum prius vrina pueri venerem non experti subluito, deinde inspergito.
- Ad eminentias, quæ intus forisq; in ano sunt.*  
 Laferpitij radicem tusam tritamq; superdato.
- Aridum medicamentum ad exesas gingiuas, dentesq; labantes.* 7.  
**C** Mastiches pōdo vnciā, thuris pōdo vncias duas, myrrhæ, rosarū aridarū vtriūsq; pondo vncias tres, sarcocollæ, gallarū vtriūsq; pōdo vncias quatuor, oia in vnū cōtere, & gingiuas cōspersge, quas prius sedi, aut myrti, aut lentisci, aut viticis, aut oleæ foliorum decocto tepido collueris.
- Ad dentium dolorem.* 8.  
 Aceto, cui hyssopum, aut origanum incocta sint, foueto. aut pyrethrum, piper, & zemma, & mastichen paribus portionibus commanducanda exhibeto. Aliud. Vux tamineæ acinos quatuor, mastiches micas vel grana octo manducari iubeto.
- Ad dentes ob icthum decedentes.*  
 \* Oleo vuulvas passas incoctas habēte locum foue, deinde aceto, dolore videlicet exacerbato: triduo interposito iterum repete, atq; ita dentes renascuntur.
- Ad corrosas gingiuas.* 9.  
 Aristolochia ex melle contrita gingiuas conspergito: aut ceruinum cornu exustum, donec albescat, & cerusam, & argenti spumam, & nardum, & pumicem cerato comprehende, & illine: aut testudinis crematam testam ex oleo tritam in gingiuam instillato. Aliud. Eruçæ semen cū succo, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle illinito.
- Ad oculorum varia vitia.* 10.  
**D** Caprina medulla oblinito, & sanabis: aut caprinam, ouillam'ue adipem calida aqua madentē imponito: aut lini seminis succo, aut muliebri lacte madefacito.
- Ad albugines oculorum, Greci leucomata uocant, & cicatrices ueteres paucissimis diebus curandas remedium, quod etiam visum mirifice exacuit.*  
 \* Æruginis rasæ vncias quatuor accipe, ammoniacæ guttę tantundem, cærusæ vncias duas, gummi vnciam vnā. Liquidum autem medicamen esto, cucumeris agrestis radicis succus. Aliud. Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantum satis sit, permisce & fiant collyria, quando vti voles terito, & ex pueri venerem non experti vrina illinito: probatum est.
- Ad ægilopas, hoc est fistulas oculorum.*  
 Fimi colūbini aridi drachmas quatuor accipe, et cū masculo thure tritas inspergito: expertū est.
- Ad albugines comprobatum, multos enim iuuat.*  
 Perdici masculi felle ex melle illinito. Aliud. Ladanī vncias duas terito, ex vino optimo, & oleo, quantum satis erit, illinito.
- Ad fistulionem admirabile, quod illico visum restituit.*  
 Muris sanguinem, & galli fel, & muliebre lac æquis ponderibus misce, & bene subactis vttere: probatum est enim, & magnifice profuit.



## Galenus de medicis

- Aliud ad inueterascentes suffusiones, bebetem uisum, & ad omnia, quæ oculis tenebras offundunt.* E  
 Baccas lauri cortice liberatas numero decem, gummi drach. ij. ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine: suffusos quidem ex urina pueri uenerunt non experti, cæcutientes autem ex aqua pluuiatili.  
*Ad oculorum dolores, & uigilias.*  
 Mulfam instillato, & ouum prius coctum, putamine mundatum in duas portiones secato, & super oculum deligato, & somno occupabitur. ..  
*Ad carbunculos oculorum totiusque corporis.*  
 Herbam muralem cum panis micis posca prius madefactis tritam adhibeto. ..  
*Ad acnendum uisum.*  
 Fœniculi caule trito ex melle in nouo aluerei factio, & super carbones cocto illinito. ..  
*De ordeolis in palpebris enatis.*  
 Acacia ex uino utere. *Ad fluctiones oculorum.*  
 Oculis fluctione laborantibus initio quidem cibus modicus conuenit, aquæ potus, a uenere abstinentia, & aluus ducatur, primumque multa frigida modico aceti permixto assidue faciem lauet, & in lectulo olfaciat puluerem, fumum, lucernæ solisque splendorẽ deuitet, deinde rosas uirides uel aridas passo madefactas contere, ouisque vitello admixtas superdato, aut ex hordei farina passo incocta cataplasma facito, quod si dolor uehementissime cruciet, altere quoque admisceto. F  
*Ad capitis uitia diuersa.*  
 Cataplasma ad caput fluctione vexatum. Hæc compositio caput fluctione tentari non sinit, neque oculum male haberi. accipe cimoliam, nitri, albæ uitis radice aridæ, cucumeris sylvatici radice, fabaceæ farine singulorum pondo uncias duas, pariter tritis & in unum reductis ad fordium crassitudinem utere in balneo: longe ualentissimum remedium est. 11.  
*Ut manducati pituita ex capite detrahatur.*  
 Vuam tamineam & mastichem maducato, aut mastichem & zingiber: si mastiche dura sit, parum cere admisceto. *Ad capitis dolorem.*  
 Rutam diligenter contere, & ex aceto atque rosaceo frontem illine.  
*Ad capitis ab altera tantum parte dolorem, quem hemisphericam Greci uocant.*  
 Porri caput comamque oleo incoquito, ex eo caput perfundito, statimque dolor tollitur. Aliud. Hederae extrema oleo incoquito, & ex eo caput perfundito, effectum miraberis. Aliud. Amaris amygdalis tritis frontem oblitio. G  
*Ad clauos probatissimum, etiam si in capite sint.*  
 Accipe sandaracham, aluminis scissi, atramenti sutorij, myrtos, uiræ calcis, saponis, singulorum parem modum, sed calcis tantum duplum, tritis ex primo saponis iure utitor: admirabile est.  
*Ad dolorem capitis hemisphericam uocatum.*  
 Accipe erucæ seminis uncias tres, rutæ uiridis uncias septem, piperis grana unum & triginta, quorum trium alborem, aceti quod satis est, omnibus permixtis illinito frontem. \*  
*Pastillus celebris Socratis ad capitis dolorem & hemisphericam, omniaque ex fluxione uitia mirificus.*  
 Accipe euphorbij drach. iij. thapsie succi drach. vi. zingiberis drachmam unam, opij drach. iij. popanacis drach. ij. oia in unum ex aceto liquato, pastillosque conficito, cum uti uoles, aceto dilue, & fronti illine: suffiri etiam potest, & ad membrum aliquod fluctione male habitum magnifice proficit.  
*Ad clauos & uerrucas appellatas formicinas.* 12.  
 Clauos enumera, & totidem formicas accipe, & in paniculo lineo raro deligato & cum his et cochleam, deinde cremato, tritasque ex aceto oblitio: aut simum bubulum aceto maceratū per triduum iponito, oesque clauis decidet: palmularum ossæ partem uisam ac tritam cum sale & gutta ammoniaci in sole subigito, iponito, & curabis. *Ad dolorem capitis hemisphericam dictum.* 13. H  
 Lubricos terrestres quoddecim accipito, piperis grana quoddecim, aceti quod satis sit, oia simul conterito, & illinito. *Ad ictus uenenosarum ferarum.* 14.  
 A bestijs uenenatis, rabiosoque cane demorsos sanat cancri interiorum cinis ex aqua semel ac bis potus, quantum manu capere potes.  
*Ad dolorem capitis ex uini potu.* 15.  
 Herba sanguinalis coliculos duos connecte, & sertum capiti circumdato.  
*Ad hemisphericam dolorem.* 16.  
 Nasturtij semine tusum cum oui albo permisce, fronsque impone, & stupam superda: aut aquilæ capitis os simile simili appede, perinde & vulturis. Aliud. Lapilli in capite labracis. i. lupi piscis reperi dolorẽ capitis leuat, & ad hemisphericam faciunt appensi dexteræ dextræ parti, sinister sinistrae.  
*Ad defluuium capillorum & barbe.* 17.  
 Betam ex myrteo, & polytrichi capillameta illinito, aut adiantum ladanumque paribus portionibus trita ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentiscino imponito. Aliud. Ladanum uino aminato, & oleo myrteo maceratū utroque ad mellis spissitudinem, caput in balneo perungito: melius est autem, quod aliqui polytrichon uocant, si portio septima ladano adijciatur, atque ita illinatur.  
*Ad capillos defluentes, ut plures instaurantur.*  
 Murini stercoris drach. iij. accipito, calamorum, quos conatelos uocant, drach. iij. amygdala amara ..



**A** amara numero. lxxij. succi balsami, ladanū vtriufq; drach. iij. polytrichi drach. vij. nardi gallici drachmā vnā, in pice liqda madefaciens ladanū vino oleoq; macerato, arida vero in puluerē redigēs cū liqdis permisce & vttere, quotidie pungens: mihi videt & caluis posse capillos reddere.

*Ad tussim diuersa remedia.*

18.

- Iuniperi fructus esu potuq; sumptus. Aut bdellium epotum. Aut daucus creticus ex vino potus. Aut dracunculi radix pariter elixa & ex melle trita. Aut helenij. Aut perdicidis herbae succus tepidus ante cibū ex aqua potus. Aut sanguinarie succus eodē modo sumptus. Aut personatae radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis suffita. Aut resina epota, & terebinthina suffita. Aut arsenicū scissile cum chalbano suffitum, & fumus deuoratus. Præterea bituminis, thuris, styracis, cuminiq; suffimentum. Aut cinnamomū ex melle tepido potū. Aut expressi baccaē contusa ex vino cū myrrha ieiuno exhibita. Aut fœniculi radix semēq; vino incocta, & propinata. Aut vinū, cui viridis ferula incocta sit. Aut origanum melli incoctum & bibitum. Aut myricæ flos, semen, ac folia vino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus. At albæ populi folia & ramuli ex aqua, aut vino potui oblata. Aut verbasci radix ex vino in balneo pota. Aut alliū crudum elixum ue esui datum. Aut lanarie herbe radix ex melle sumpta pessime affectos liberauit. Leporinum stercus cōtritum ex vino calido sumptum arterie & columellæ vitij, & spiritus difficultati summopere opitulat. Ad eadē facit & lingua aquilæ collo suspensa. Aut nucleus pineus integer vstus tritusq; cū modico piperis, melle exceptus laborantiq; exhibitus cochlearij mēsurā. Ad veterē tussim autē leuandā, sulfur ignē nō expertū ouo inijecto, & in balneo forbeto. Aut sinapi terens miscēs q; melli dacosol tres exhibeto. Aut nasturtij semen tritum ex aqua potum cubitum eunti. Aut thus cum melle tritum linctui datum summo mane, aut cubitū eunti. Aut raphani succus ex melle sorptus diluculo. Aliud. Iuniperi baccaē quinq; aut septem ex melle pota. Aliud. Accipiant piperis drach. iij. nucum drach. ij. nucleorum pineorū, hyssopi vtriufq; drach. i. pulegij, iridis, seminis vrticæ singulorum drach. iij. mellis quantum satis sit, detur ligulæ mensura. Aliud. Sinapi, cuminum, nigella, nasturtium paribus portionibus vnā conterantur, vino excipito, & propinato. Aliud. Pulegium assidue manducetur, tritumq; & vino maceratum bibatur. Aliud. Cumini fricti, nigellæ frictæ vtriufq; drach. i. piperis grana quadraginta, vnā trita, & melle fermētata ieiuno dato & cubitum eunti.
- ¶ Suffumigatio.* Accipe auripigmentum scissile, piper, marrubium, hordei farinā, trifaginis, & vitis radicis corticē, chamæleucen, mastichen, crocum, costum, oia in vnum misce, & collyria confice, & ieiunum suffumigato cubitumq; euntē. Aliud. Piper, nuces, auripigmentum scissile simul terito, miscetoq; cum melle, & propinato. Aliud. Butyrum, anserinam adipem, et resinā vnā cum melle cōtundito: et ieiuno cubitumq; eunti exhibeto. Aliud. Virgulam fœniculi, semen piperis vnā terito, et melle fermentata concedito. Aliud. Vesicarium solanum cum radicibus elixum potui dato. *¶ Ad tussim reiectionemq; sanguinis.* Accipe costi, cinnamomi, rhei barbari, singulorum drachmam vnā, simul et trita, et in vnum corpus redacta ex vino tepido propinata. *¶ Aliud ad tabescentes faciens.* Accipe thuris, piperis, auripigmenti scissilis, cariophylli, singulorum parē modum, oia conterito ex melle, et fermētata concedito diluculo, et cubitū eunti. Aut auripigmentum scissile pro sale in ouum forbile mittito, et forbeto ieiunus. Aut arsenicum tritum ex vino tepido in balneo propinato. Aut arsenicum scissile et vitellum oui misceto, et bābici illinito, et per instrumentum, quod cichonen Græci vocant, suffumigato. Cum vero laborās suffumigatio tristabitur, ipsi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandum exhibeto: iterumq; suffumigato, id autē septies repetes. Aliud. Styracem bonum et brassicæ succum vnā terito, et fermentata ieiuno, aut cubitum eunti exhibeto. Aut laurei olei et vini boni accipe singulorum drach. iij. misce, et tepidum in balneo propina, et œneleo. i. vino oleoq; misto in olla calefacto stomachum foue. Oenelæum phthisico potui ne dato, sed œnelæum curiose paratum calefacito, et spongia stomachum foueto. Aliud. Lupinorum decocto calido myrrhā facten vocatam madefacito, et pedes tussientis foueto, et spongia detergens inungito butyro, deinde iterum foueto, hoc ter factu curabitur. Aliud. Hederæ granis, aut lignis, aut folijs tussientem suffumigato. Aut resinam ex vino veteri tritam ieiuno propinato. Aut agrestis canabis semen tritum ex aqua, aut cedri liquorem ieiuno potui dato. Aut hyssopum et pulegium in posca incoctum. Aut beronicē melle subactam edendā offeras. Et raphani assi mane ac vesperi si edant, benefaciunt, et chamæleuce suffita. Aliud. Baccas lauras cum pipere, & nucleos pineos ex melle dato mane et cubitum eunti. *¶ Ad tussientes, arteriam asperam, vocem amissam, et sanguineum spiritum.* Accipe tragacanthæ, gummi, vtriufq; drachmam vnā, myrrhæ bonæ tantundem, dulcis radicis succi ac vini dulcis quātum satis est, omnia contusa in vnum redige: cum trita fuerint, arida cum reliquis misce. *¶ Aliud ad tussiculam et ulceratam arteriam.* Accipe terebinthinæ, gummi, mellis boni, singulorum vnciam: & terebinthinæ prius elixæ gummi addijce, & exhibe bledæ magnitudinem ore cōtinendam. Aliud. Gūmi, lycij, vtriufq; vncias quatuor in aquā mitte, macerariq; sinito, deinde heminam cretici passi infunde, & ferue facito vsq; ad sordium spissitudinē, & delingēdum præbeto. *¶ Aliud, ad tussiculas, fremitus, et sanguinis creatum.* Accipe tragacanthæ

Septima Classis.

YYYYYYY iij drach. ij.



## Galeni de medic.

drach. ij. lini feminis fricti drach. iij. amygdala delibrata decem, nucleum pineum adipi incoctū, E  
 tragacanthā aqua calente madefacito, & reliqua admisceto, passumq; infundens conterito. Ad  
 vocem aut amillam, & sanguineum sputum, pro passo melle vtitor. Aliud. Raphanum in ta-  
 leas rotūdas concidito, & super prunas allato, ex melleq; ieiunus edito. ¶ Ad tussim diuturnam,  
 Accipe piperis drachmā, lupinorum farinae .℥℥. tres, & mellis ligulam sorbēdū dato. Aliud,  
 Auriculae porcinae os perforatum collo alligatum à tussi futura custodit. ¶ Ad tussim, columella uī-  
 tia, & tonsillarum phlegmonem. Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperti, appensiq; à tussi tu-  
 tum reddunt. ¶ Ad tussim & uitia radice uiae, & distillationem. Accipe zingiberis drach. i. chalbani,  
 opij, styracis, singulorum tantundem, passo excipe, & globulos erui magnitudinis conficito, &  
 loco pilulae duos cubitum eunti concedito, & passum dilutum postea sorbeto. Aliud. Zingi-  
 beris, styracis singulorum drachmas quatuor, passo excipito, & instar erui conficito, & cubitū  
 eunti pro pilulis tria dato, passumq; dilutū postea sorbeto. ¶ Ad distillationem & tussim probatum.  
 Accipe papaueris lachrymae drach. iij. castorei drach. i. confice pastillos erui magnitudinis, &  
 eūti cubitū pro eius viribus dato. Aliud. Quo utebat sapientissimus Alexander. Accipe py-  
 rethri drach. ij. costi drach. i. tūde & cribra, in vtēdo autē iube nares tāgere, statimq; constringe. F  
 ¶ Ad arteriam ex distillante pituita laborantē, & tussim. Accipe styracis drach. viij. castorei drach. iij.  
 zingiberis, chalbani, vtriusq; tantundem, in vnum misceto, pastillosq; magnitudinem erui equā-  
 tes efficito, & de nocte duos, tres ue exhibeto, posteaq; bibat, sed non illico, & iuuabitur.  
 Medicamentum capiti inspergendum eius fluxionem finiens. 19.  
 Accipe hyperici, iunci odorati, iridis, ligni balsami, singulorū vnciā vnā, cōtusa cretaq; calua-  
 rie inspergito. Aliud. Caluarie inspergendum exsiccatorium. Accipe costi, foliorum, malaba-  
 thri, gallarum, spicae nardi, iridis, nardi gallici, rosarum aridarū, singulorum vnciam vnam, tusa  
 cribrataq; inspergito. Aliud. Erucae feminis, gallarum, iunci odorati, sansuci, costi, iridis, ligni  
 balsami, singulorum vnciam vnam, tuis cretisq; caput conspergito.  
 Medicamentum, quo hyeme per manducationem ex capite pituita detrahatur. 20.  
 Accipe hyssopi, origani, vtriusq; drach. iij. pulegij drach. ij. calaminthae drach. vnā, pyrethri,  
 drach. ij. vuae taminiae, marrubij, sinapis, singulorum drach. i. sapa, aceti, vtriusq; sextariū vnum,  
 oīa in vnum misceto, & vsq; ad tertias decoquito, & gargarizato. Aliud eiusdē facultatis, quo  
 verno tēpore vtendū est. Accipe hyssopi vncias. iij. origani vncias. iij. pulegij vncias. ij. cala-  
 minthae vnciam. i. sapa sextarium vnum, aceti sextarios tres. Aliud quo aestate & autūno vtē-  
 dum. Accipe hyssopi vnc. iij. origani vnc. tres, pulegij vnc. ij. calaminthae, spicae, nardi, caryo- G  
 phyllorum, singulorū vnciam vnā, cinnami vnc. iij. marrubij vnc. iij. iridis vnc. tres, cyperi vnc.  
 duas, pyrethri vnc. vnā, sapa, aceti, vtriusq; sextarium vnum: decoque vsq; ad tertias, & vtete.  
 Ad distillationem. 21.  
 Accipe origani fasciculos duos, pulegij fasciculum vnum, cum aceto in mundam ollam de-  
 mittito, item caricas sex, vuae passae acinos duodecim, omniaq; decoquito vsq; ad tertias, mox  
 percolato, & in poculum conijcito, ac gargarizato.  
 Ad humores in pectore contentos. 22.  
 Vrticae folia cum hordei cremore decocta exhibeto, hoc inflationes digerit, & materiam ex  
 pectore euocat.  
 Ad tussim, spiritus difficultatem à stomacho, & sanguinea sputa. 23.  
 Nouā spongiā & candidā accipito, huius vsq; tritaq; cinerē cū melle & pipere, q̄tum satis est,  
 cōmisceto, in eamq; formā redigito, vt delingi possit, vesperiq; à coena, q̄tū tribus digitis capere  
 potes, accipito. Ad anginam. 24.  
 Bouis masculi felle collum oblitito. Ad tussim aridam. 25.  
 Foenum graecum vsq; ad tertiam partem delixato, iusculumq; summo mane ex melle p̄pinato. H  
 Pastillus ad tussim fluxionemq; pectoris. 26.  
 Accipe pulegij, hyssopi, piperis, nasturtij, singulorum vnc. vnā, melle comprehende, & pa-  
 stillos effice, singulos vnciae pondus aequantes, his vtitor.  
 Ad tonsillarum uitia. 27.  
 Salicis folia & semē in aqua diutius feruefacito, gargarizandāq; exhibeto: hoc pingue pituitā  
 maxime detrahit, & ad anginā bene facit. Aliud. Ex myrti lēticulēq; decocto gargarizari p̄ci-  
 pito. Ad anginam. 28.  
 Caprinum stercus ex melle gargarizato, aut rutae succo ore adaperto fauces sublitito.  
 Ad distillationem. 29.  
 Hyssopum, ficos, mel, ac rutam aquae incoquito, eamq; gargarizato.  
 Ad uocis claritatem. 30.  
 Tragacantha vino madefacta & epota vocem claram praestat.  
 Ad amissam uocem. 31.  
 Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito, tres exhibeto: & sta-  
 tim voce recuperata loquetur.

Ad phlegmonem,



- A** *Ad phlegmonem, aut erysipelas.* 32.  
 Sedi folia cũ polēta in cataplasmatīs modū iposita. Aut portulacę folia cũ polēta. Aut brassicę, aut calami folia virētia cōterito, & sup̄imponito, Aut rubi: Aut rhamni, & rosarū folia sup̄dato.  
*Ad lumbricos alium occupantes.* 33.  
 Polypodij radicem cum sapa mistam edito. Aut raphani semē ex aqua potato. Aut allii corrodito. Aut vlni radicē ex mulla aqua bibito. Aut sycamini radicis cortex aquę incoctus potui detur. Aut nigella potui detur, & in cataplasmatīs modū imponatur. Aut ex aqua brassicę semen habente potio fiat: Aut ex mentę succo: Aut ex nasturtio atq; menta. ¶ *Proprium experimentum.* Canabis semen aridum tusum cretaq; misceto cum aqua, vt succi tēperatura fiat, mox lin-teolo mundo percolatum in potum offer. Aut bubulum finum aridum combustum in puluērē redigito, ex eo potui drachmam vnam ex vino dato. ¶ *Ad lumbricos latos & rotundos.* Accipe nītri, nasturtij, piperis, singulorum vnciam, fac puluisculum, & ex vino ligulam propinato.
- \* *Ad citandum sudorem, finiendamq; febrem.* 34.  
 Canchryos semen ex oleo illitum prodest. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam ante inuasionem illitum bene facit. Aliud ad febrem expertum. Oleum cum cinnamo paratū, **B** oleum chamæmalinum, acetum, nitrum cum laureis folijs. omnia bene elixentur, & ex eo labo-rans perungatur, & vndiq; cōtēctus statim sudabit. ¶ *Illitio ad febricitantes.* Butyri partes duas, mellis partem vnam misce, & calefactis vttere. Aliud. Lactuę foliorum succi partem vnam, olei vulgaris partes duas, misce, & curiose agitans totum corpus inungito: experiētia probatum est. Aliud. Artemisię succi partem vnam, rosacei olei partes duas misce, & vttere.
- Ad dolorem hemicraniam uocatum.* 35.  
 Solani succus ex oleo illitus vehementer proficit. Aliud. Sinapis semen ex melle imponi-to. Aliud. Rutam domesticam aceto & rosaceo incoctam illinirō.
- Ad canis morsum.* 36.  
 Vrticę semen impositum iuuat: Aut nigri marrubij folia: Aut apiastrum ex vino potum, & morsibus illitum. Allium quoq; illitum prodest, & tostum in cibū potumq; assumptum. ¶ *Ad timentes canum impetum.* Nerij radicem collo circūdato, & liberabitur: q; si experiri uolueris, cũ canis in furorem versus sit, illi circūponito, statimq; furorem deponet. ¶ *Ad morsus canis rabiosi.* Vulneribus rabiosi canis morsu factis brassicę folia cum lassere trita ex aceto imponantur: per se enim brassica aduersus rabiosi canis morsus proficit, & ipsius decoctum potui datum. Elix-a **C** vero brassica ante alios cibos sumpta phthysicos sanat, vitijsq; arteriæ subuenit, contusa autem, & cataplasmatīs modo leni imposita, illum extenuat.
- Ad anginam, colliq; dolorem.* 37.  
 Alba populus arida cōtrita, & collo illita: aut nasturtij semē: & fimus colūbinus ex melle ipo-sita bene faciūt: Aut mel tepidū gargarizatū. Aut canino stercore candido trito ex aceto collum oblinito.
- Ad narium fœdum odorem.* 38.  
 Hedera foliorum succus tepidus naribus instillatus: aut calaminthę succus æque tepidus in-fusus: aut myrrha ex muliebris lacte trita infusaq; naribus, narium halitum commendant.
- Ad prouidentem è naribus sanguinem.* 39.  
 Acaciam ex aceto tritam naribus infundito. Aliud. Acetum cum sale sumens in ollam aut mortarium mittito, lanamq; accipiens in ipsis madefacito: hæc q; quantum laborans ferre pote-rit, calefacta, eius capiti imponito: illicoq; velamentis quamplurimis contegi præcipito. ¶ *Pur-gatorium narium.* Thymū & origanū melle exceptū in pastillos redige, cōmāducādosq; exhibe.
- Ad lateris phlegmone correptos.* 40.  
 Hęc oīa benefaciunt, bdelliū ex vino pariter & ex aqua potum: Aut balsami semen ex aqua **D** potū, aut ex melle delinētū: Aut aristolochię radix ex aq̄ potui data, aut ruta ex mulla itidē pota.
- Ad acutam febrem.* 41.  
 Peponis domestici succus, aut cucurbitę ramentorum succus illitus benefacit: aut rosę ex oleo: aut plantago in cataplasmatīs modum impositę iuuant.
- Præsagium in febricitantibus.* 42.  
 Rosaceo prius inunge, & apij semen tritum superda, deinde stupam rotundā instar rotę cor-di superimponito, luteumq; oui infundito, & reticulo contegito, tum si fiat oui dispersio, mortē adesse scito. hoc enim ipsa anima facere dicitur.
- Ad glutinanda vulnera.* 43.  
 Radix graminis contusa, vt aridum medicamen imponatur.
- Curatio ad dolorem auris.* 44.  
 Amygdalinum oleum in aures instillet: aut ex nucibus oleum: aut laureum: aut balsaminum: aut dracunculi herbę seminis succus ex oleo infusus. Aut herbę vreceolaris succus ex oleo ro-saceo tepidus instilletur. Aut ruta vires oleo incocta & tepida in aurē mittatur: aut myrrha ex melle tepida. Aut ruta ex mulieris, quæ marē peperit, lacte, tepefiat, & instillet. Aut ex allio ex-pressum succū in aurē mittito: aut porri succū tepidū: aut sapā tepefactā: aut porri succū mellī ad-



mistum. Aut oleū ore continens in aurē inspuito. Aut cucurbitæ succū ex rosaceo instillato.

*Ad scabiem prurientemq.*

45.

Vlmi folia arida trita in balneo inspergito, aut sulfure ignem non experto, & sylvestri vva, & arsenico, & sandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. Aliud. Myrrha ex muliebri lacte cutē oblinito, aut dulcis radicis succum ex passio potui offero. Aut oua gallinæ integra in acetū acerrimū demitte per diē noctemq; quæ si tria fuerint, ipsi cū putaminibus in eodē aceto contritis adijce sulfuris ignem nō experti, arsenici scissilis, vva tamini, cerusse, spuma argenti, nerij succi, singulorum vnciam vnā, olei veteris quātum satis est: oibus contritis obline in balneo.

*Remedia ad stomachi vitia.*

46.

Ex folijs calaminthæ virentibus & hordeacea farina cataplasma conficito. *Ad cruditatem, inflationesq; uentriculi, quisquis hoc usus fuerit, statim esuriet.* Accipe aneforum drach. duodecim, piperis albi, lybistici, ammiij, petroselini, fœniculi, singulorum drach. sex: hæc tusa & creta melle cocto comprehendende, exhibe drachmam vnā. *Ad astuantem uentriculum nec cibi tenacem.* Lactuce succum ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. *Ad dolorem uentriculi.* Lac, in quo carbo nes querni extincti sunt, laboranti propinato. *Ad acorem in uentriculo.* Trisago ex vino pota acore liberat. *Ad inflationem uentriculi.* Piperis, baccarum lauri, cumini, anesi, pares portiones contusas & cribratas ex temperato vino ieiuno dabis ligulæ vnus mensura per triduum, aut anesum ieiunus manducato.

*Ad quædam oculorum vitia et primo ad oculos fluctione laborantes.*

47.

Fœniculi succus per triduum illitus, aut thus ex melle & lacte, aut centaury succus ex melle, aut folia herbæ quinquefolij ex melle imposita benefaciūt. *Ad caliginem oculorum.* Cucurbitæ ramentorum succus superdatus proficit. *Ad albuginem oculorum.* Alterci folia cum polenta superdato. Lignum balsami quoq; ex muliebri lacte illinito: Aut rutam viridem imponito. Herba præterea pulicaris ex muliebri lacte, aut calami virentium foliorum succus illitu prodest. *Ad oculorum vertiginem remouendam.* Oleæ folia contunde & succum expressum illine, atq; miraberis. *Ad oculorum fluctionem cataplasma.* Portulacam cum croco & adipe suilla contere, aut apij folia cum polenta: in magnis autem fluctionibus rosas fertulamq; cū amylo coctas oculis imponito.

*Ad dentium dolorem.*

48.

Aceto nigellam habente os collue, aut oleo gallas incoctas habente, aut aceto, in quo platani globuli incocti sint, aut quinquefolij radix. Item peucedani radix trita & cōbusta illinatur. Aut malicorij rosarumq; decocto os collue. *Ad dentium vulnus.* Accipe nitri, sepiæ testæ, myrrhæ, singulorum vnciam vnā, tritis vtere.

*Aridum medicamen, quod humidum os euentumq; deterget. gingiuarum canem instaurat, dentesq; dealbat.*

49.

Accipe nitri cōbusti, myrrhæ troglodytidis, sepiarum testæ, singulorū vnciam vnā, rosarum aridarum vnc. iij. tritis & cretis vtere, addito etiā iridis vnciam vnā: huius effectū miraberis.

*Ad lateris dolorem.*

50.

Virentis brassicæ caules cum radicibus cōbustos adipe suilla cōprehende, & vtere: valentissimū remediū est. Aut apij semen decoctū, donec tertia pars relicta sit, potui da: vehemēter iuuat.

*Ad internos ani tumores.*

51.

Amaranthum aqua maceratum mane vespereq; propina.

*Ad lienem cataplasma ualde bonum.*

52.

Accipe apium, sinapi, baccas lauri bene contritas & cortice liberatas, nuces virides parū contunde, deinde omnia in pilam coniecta vehementius contundito, mox extracta acerrimo aceto per triduum macerato, & omnia in vnum confusa tyberiadis succo incoquito, donec cataplasma fiat, deinde lienem superimponito à matutina vsq; ad octauam horam, aluo tamen prius subducta: medicamenti effectum miraberis. Aliud Ad lienem experientia cōprobatum. Ficus nouellæ arboris corticem viridem detrahito, & cum cinere permisceto & calefacito.

*Ad tertianam febrem.*

53.

Mel cum scammonia semel potum curat. *Ad quartanam.*

Accipe piper contritum, laureas baccas, cuminum, mastichē, myrrham, thus mundum, singula separatim trita in vnū cōmiscē, & mellis boni quod satis sit, adijce, & per quatrīdū imponito.

*Ad sanguinis ex naribus profusionem.*

54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum cum fissili arsenico permisceto, in naresq; patientis immitto: si arsenicū præsto non fuerit, solus oui liquor suffecerit. Aliud. Capræ fœminæ setas vitas & tritas & myrrham similiter tritam cum setisq; caprinis mistam in nares sufflato, si viri fuerint, cum charta, si fœminæ, cum alio quopiam: qua parte autem sanguis erumpit, arctissime deligato.

*Ad violentas sanguinis eruptiones.*

55.

Gallas mola tritas, & malicorium, & punicæ mali grana contusa & mista cum oleo scissili & melle, ac bene subacta mane vespereq; propinato, vt mel gallarum.

*Ad uentris*

E

F

G

H

\*



- A** Ad uentris tormina & inflationes. 56.  
 Accipe piperis, rutæ, zingiberis, pares portiones, & tritas ex aqua calida propinato: aut arte-  
 miffiam tufam crematamq; dato: aut nitrū vftum tritūq; ex humore aliquo exhibeto.  
 Vt ne boues egrotent. 57.  
 Cerui cornu fup Panis Dei facellū ponito, cādelāq; defup accēdito, & ne interdiu accēfam ob-  
 liuioe demittito, & in tpe fanctū Demufarim inuocato, ac tollito: armēta tua & vitā cuftodient.  
 Vt ne porci egrotent. 58.  
 Rhamni radicem tritam in aquam, vbi feſe proluunt ſues, projicito. 59.  
 Ad camem glutinandam.  
 Terræ lumbricos frictos tritosq; inſpergito. 60.  
 Plagarum curatio.  
 Myrrham & aloem tritam inſpergito: Aut reſinā piceæ, vel & maſticem & ederæ lachrymā,  
 ex his factū emplaſtrum imponito: Aut hircina axungia plagā obline, & capræ nigræ cornu in-  
 ſperge. Aliud. Aut coſtum, ſpicam, cinnamum, zingiber, cuminum, ſingulorum parem modū  
 terito, cum pice ſubigito & imponito: Aut panis cruſtam aridam tuſam, & vino oleoq; ſubactā  
**B** ſuperdato quotidie per vices mutans.  
 Ad equorum ſcabiem. 61.  
 Anguem diſcindito, cuiusq; adipem capiens ligno equi vngularum oras inungito.  
 Ad ſomnum conciliandum. 62.  
 In lauri folijs hæc elementa inſcribito, ſacenticq; ſtragulis cervicali eoneſciente ſubijcito. 63.  
 § 5, X 55. p. d. Vt ne homo noctu ſonniat.  
 Rutæ ſemen caligæ iplius neſcientis ſuſpendito, nullasq; in ſomnis imagines videbit. 64.  
 Ad peſtus.  
 Cū ovo arſenicū filiſile miſceto, & piper, & hordei farinā, & lauri baccas, pineosq; nucleos, &  
 exhibeto. Aliud. Alij accipe ſpicas ſeptē, arſenici filiſilis, piperis, vtriuſq; grana tredecim, bā-  
 bacem, pini nucleum, caræ modicum miſcens cum oui vitello accipe frequenter. 65.  
 Ad coruſos dentes.  
 Arſenicum, piper, calcem, calcem viuam aceto macera, & appone. 66.  
 Clyſter ad renum uitia.  
 \* Accipe pulegium, origanum, ſampſucum, ſerpyllum, chamæmalum, abſinthiū, centaſurium,  
**C** lauri folia, cucumerem ſyluaticum, peponem: vnā omnia prius contuſa aquæ incoquito, deinde  
 cum melle oleo & ſale decocti, quantum ſatis eſt, inijcito.  
 Clyſter ad coxendicis dolorem. 67.  
 Accipe cucumeris ſylueſtris radices, lauri folia, rutæ folia, abſinthium, plantaginem, trifagi-  
 nem, marrubium, calaminthā, pulegium, origanū, thymum, lactucā, euphorbium, anethum, py-  
 rethrum, vuam taminiā: hæc omnia in aqua incoquito: deinde melle oleo & ſale adiecto, per  
 inſtrumentum admoueto.  
 Vt dentes putridi nigriq; ſplendidi reddantur. 68.  
 Accipe ſalis contriti, ropi, ſepiarum teſtæ pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes  
 fricato, quos prius aceto vno collueris. 69.  
 Cataplaſma ad caput fluxione tentatum.  
 Hoc remedium præſtat ne caput fluctione vexetur, neq; oculum vnquam iniuriā affici ſinit.  
 Accipe maſtiches, myrrha, ſarcocollæ, thuris, ladani, nitrī, ceruſiæ, terræ cimoliæ, ſtyracis, roſæ  
 rum aridarum, ſingulorum vnciam, ſaponis ſanci libram, mellis tantundem, lupinorum ama-  
 rorum decoctū quod ſatis eſt: omnia in vnum miſceto, & pro ſapone in balneo vitior.  
**D** Paſtillos de ſeminibus ad tuſſientes. 70.  
 Accipe aneforum amarorum vnciam, ſcēniculi ſeminis, alterci ſeminis, ammiij, ſingulorum  
 drachmam. apiij ſeminis drachmas tres, opij drach. ſingula bene terito, & aquā paulatim tepidā  
 inſundito, donec fordiū balnei ſpiffitudo fiat: paſtillos fabæ magnitudinis cōficito, vnūq; exhibe  
 to, tuſſiētibus nanq; prodeſt.  
 Ad iccoris uitia remedia experientia confirmata. 71.  
 Gallarum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, contectus, & in latus af-  
 fectum iacens: aut ederæ radicis decoctum cum vino propinato. Aliud. Baccas lauri ſeptem,  
 grana piperis ſeptem trita ex vino in potum dato. Aliud. Aloes drach. iij. aſſari, coſti, eupa-  
 torij, hedyſari, ſertulæ campanæ, maſtiches, croci, ocymi ſeminis, ſingulorum drachmas duas.  
 conterito, criſbato, & ex aqua temperato exhibeto. ¶ Aliud iccori & uentriculo commodum. Ac-  
 cipe lauri baccarū, cinnami boni, caryophyllorum, aloes, hedyſari, coſti, ſingulorum drachmā,  
 contrita & melle excepta ex vino vetere potui dato. Aliud. Accipe acori, ſeminis lini, zinz-  
 giberis, rutæ foliorū molliū, ſingulorum drachmā, aneforum drahmā quatuor ex mulſa dato.  
 Aliud. Mel cum pane miſtum calidum emplaſtri modo imponito: aut abſinthij ligulam vnam  
 ex temperato melle potui offer, & ſuper iecur ægrotus decumbat.



## Galenī de medic.

72. **E**
- Ad linguam fluctatione laborantem.*  
Cynarę folijs contulis ex melle linguam perungito: aut venā partis, vñ fluit materia, incido, & bene faciet.
- 73.
- Ad oris ariditatem.*  
Palmularum ficorumq; decocto per pennam illinito, & contineto.
- 74.
- Ad labia scissa.*  
Lini semen ex melle contritum imponito.
- 75.
- Ad eos, quibus menti pili decidunt, quos Græci appellant spanopogonas, hoc est, raribarbos.*  
Accipe piperis, euphorbij, pyrethri, singulorum vnciam, calami foliorum molliorum succū, murini stercoris, olei per combustionem expressi: trita omnia affricato, & assidue radito.
- 76.
- Vomitorium medicamentum, quod mystri mensura exhibetur.*  
Aphronitrum album in aquam tepidam conijce, quoad dissolutum sit, & modicum olei adijce, potandumq; exhibe.
- 77.
- Reprimentia uomitum.*  
Menta tusa creta, & rosaceo admista nares pectusq; illinito. Aliud, Palmulas thebaicas, & mentæ ramulos aquæ duorum scyphorum mensura incoquito, quoad sordium balnei temperatura fiat, mediam partem propinato. Aliud, Palmæ glandium contusarum, quod sufficit, accipe, vini myrtini modicum instillato, deinde exceptas ex mulso, aut aquę hemina exhibeto.
- 78.
- Ad sanguinem uomentes.*  
Iunci odorati ex aqua decoctum propinato.
- 79.
- Ad citandum uomitum pituitæ.*  
Viridem mentam, aut siccam ex aqua temperata bibito. ¶ Ve facile autem uomat, Samplici folia potui, raphani vero semen esui dato: pituitam multam vomitu reiiciet.
- 80.
- Compositio pilularum purgantium pituitam.*  
Accipe aloes vnc. sex, mastiches, ablinthij succi, vtriusq; vnc. duas, cucurbitulę sylvaticę vnc. quatuor: dentur pilulæ nouem & viginti.
- 81.
- Ad oris stomachi vel cordis uitio uexatos.*  
Lentem cum spanteo, palmulis, & vino mendesio elixam potui offero. ¶ Ad dolorem aut oris stomachi, vel cordis, Herbam sanguinariam curiose tritam, aut mala, aut coronea elixa contritaq; rosaceo cerato comprehensa in modum cataplasmatum imponito: aut portulacam roseo cerato, aut myrteo exceptam superdato. Aliud admirabile experientia comprobatum. Accipe feminis lini heminas quatuor, aquæ heminas septem: elixato, & vitior: hoc medicamentum sanitatem creat: neq; enim ægrotus in peius ruet, sed in melius proficiet.
- 82.
- Pastillus ad spiritus difficultate laborantes & diu tussientes suffitu proficiens.*  
Accipe nasturtij, sinapis, abrotoni, rutæ sylvaticæ, sandarachæ, singulorum vnciam, terito, & ex aqua factis pastillis accurate vitior.
- 83.
- Ad difficultatem spiritus & sanguineum spiritum.*  
Thymum cū pipere tulum, & melle exceptum delinctui dato, studioseq; vitior: valde. n. efficacis est. Aliud. Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mentæ vtriusq; vnc. quatuor. cum melle terito, & ceratia duo cubitum eunti ex aqua temperata propinato: luuat autem ægre spirantes & pistacia esui data.
- 84.
- Ad cruentum spiritum.*  
Accipe symphyti, mastiches ruffæ, vtriusq; drach. quatuor, lenij sigilli, balaustiorum, vtriusq; drach. duas, terito & cribrato, & ex aceto mulso ligulam potui dato. Aliud expertum. Lemnij sigilli, vnciam, terræ, quæ astrum dicitur, vnc. duas, corallij tantundem. dato ex aceto mulso puro heminam, vñā. mane & vesperi hoc vttere. Aliud. Acaciæ ruffæ, amyli medicinalis pares portiones terito, & ex aqua temperata potui dato ligulas quinq;.
85. **H**
- Ad febrem ardentem,*  
Sempuiui & aneli folia qnq; aut septē accipito, & oleo rosaceo incoqto, & ex eo a capite vsq; ad pedis vestigiū pungito, & demiraberis: aut, oleo, i quo pyrethri radix macerata fuerit, inungi to: hoc. n. sudores mouet, & diurnos rigores discutit, & corporis partes refrigeratas aut resolutas curat. Aliud. Lauri baccas & thymū ex vino terito & illinito, vestibusq; cōtegito: sudabit enim.
- 86.
- Ad uim genitalium & ueteres affectus.*  
Calaminthā tufam cribratamq; in pilā conijce, & melle exceptā decoque vsq; ad cataplasmatum spissitudinē, & tenui linteolo illitā imponito, & fascia deligato: a multis probatum est. Aliud ad genitalium confirmationē & renū, sed quempiā ne curato anteq; mercedē acceperis, a multis enim expertū est. accipe zingiberis drach. iij. herbæ fabinæ, piperis albi vtriusq; drachmam ex mulsa exhibeto. Aliud. Picis aridæ, telephij, colophonix, mastiches, nitri albi pares portiones conterito, & aridum medicamentum facito: & locum prius lotum & adhuc calentem liquida pice oblitato, & aridum medicamen inspergito, superq; imponito, & bene deligato.
- 87.
- Ad discutendas genuum fluctiones.*  
Caprifici contritæ succo perfricato, aut radicis succum in balneo affricato. Aut salem columbinumq; simum terens ex oleo inungito.



- A** Cataplasma ad pedum dolorem ex offensione, aut casu aut aliquo alio uiolento. 88.
- Accipe salis vsti, origani, cineris sarmentorum vitium pares portiones, vitellos ouorum duos, aut tres cum vino mista superimponito.
- Ad scabros unguis diuinum auxilium.* 89.
- \* Vnguis ex casu reuullis, & vitio, quod paronychion grece dicitur, affectis sachar tritum et in puluisculum redactum, ac inspersum succurrit. Scabros autem unguis mundabis, si sulfur ignem non expertum & ouiluteum æqua portione miscebis, atq; ex aceto imposueris.
- Ad ambusta.* 90.
- Accipe argenti spumæ, croci vtriusq; vnc. duas, ouorum assatorum vitellos ponderis vncias quatuor, rosacei, quod sufficit. Aliud. Linteoli vsti cinerem cum rosaceo misce, & cera anchusæq; adiecta vttere.
- Ad sanguinis ex quavis parte eruptionem.* 91.
- Accipe foreos, atramentū futuri, aluminis, chalcitidis, myrios, gypsi, gūmi, singulorum drach. octo, tritis vitior: valde bonum est, & experientie testimonio comprobatum. Aliud. Chalcitidis drach. vi. resinae frictæ drach. iiii. pulueris thuris drach. duas. arido medicamine vitior.
- B** *Ad impetigines expertum.* 92.
- Ex his constat: thuris masculi, zingiberis, aloes, sulfuris ignem non experti, singulorū drach. binas: aceto excepta & prius trita panniculo lanco illinito. Aliud. Ammoniacæ gutte, alcyonij, sulfuris ignem non experti pares portiones contere, & vttere.
- Ad dealbandam faciem.* 93.
- Accipe alcyonium combustum, & tritum cum melle & farina misce, & deterge. Aliud. Lyfomum don terens ex aceto in sole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto, deinde locū panis perfrictum, quoad rubescat, in sole inungito. Vt facies munda fiat. Butyro cum sapone misto faciem illine.
- Ad dolorem uteri remedium sanctorum argentum non possidentium.* 94.
- Afarum cū pulegio potui offerito. *Paxamadum uocatorum purgatoria.* 95.
- Accipe scamonie drach. ij. aut tres, mastiches drach. iij. apij feminis drach. ij. polypodij drach. iij. cinnamomi drach. j. fermenti mundi libram. j. arida permisce, & subige diligenter.
- Ad necandos culices.* 96.
- Ex nigella & futorio atramento suffimentum facito. *Ad abigendos serpentes.* 97.
- C** Chalbanum, cerui cornu, caprinas unguas, & lilij radicem suffito. Ad morsum vero serpentis sal porrūq; imponuntur vtiliter. *Ad fugandos pulices.* 98.
- Syluestris cucumeris foliorum decocto domum conspergito.
- Ad difficultatem urine iumentorum.* 99.
- Salsarum oliuarum quod intus ligneū est, conterito, & contegens per dies quinque suffumigato.
- Ad ischum calami.* 100.
- Radices calami combustæ cinerem superimponito.
- Ad morbum comitalem ualde efficax.* 101.
- Coturnicū cerebrū ex unguento myrteo tritū staneo vase reponito, & cum quēpiā morbo comitiali plapsum videris, eo facie illinito, admiraberis. n. huiusce naturalis auxilij efficaciam: nā statim agrotus consurget.
- Ad appetentiam cibi excitandam.* 102.
- Accipe myrrhā, thus, ammoniacū, mastichē, & ex ouī albo tritis pectus visceraq; oblinito, & stupam superdato.
- Ad hirudines deuoratas.* 103.
- Eos, qui hirudines deuorant, aduersus solē cōstituito: & locū, vbi inhæreant, aiaduertito, & garū ipsis instillato, statim. n. locū relinquunt, & expuūtur. Aut acetū cū butyro mistū, in quo ferrū candens extinctū sit, potui dato: hirudines. n. eijcūt. Aut eū, qui hirudinē deuorauit, in calidā aquā mēto tenus demittito: phialā vero frigidā plenā ori eius admoueto, sed potui ne dato: statim hīrudo exibit. Aliud. Hirudines deuoratas calidū acetū absorptū excutit, aut succus syriacus epotus, aut suffiti cimices.
- Ad apum ictus.* 104.
- Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddīt. *Ad serpentum morsus.* 105.
- Cornu ceruinum vstum & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem: aut calami radices, & cicer, & baccas cupressi, & cornu cerui combusta omnia tritaq; in vnum misce to, & ex aceto ac porro propinato.
- Ad inflammationes à uene incisione factas, & duritias humerorum, & deustiones, & sanguinis concretiones.* 106.
- Fermento triticeo, cum axungia subactō summo studio vttere: probatum enim est.
- Ad hydropicos.* 107.
- Stercus bubulum accipito, si mas agrotet, maris, si foemina, foeminae, in ollam nouam conijce, contege, operculum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde super cinerem viuæ calcis per dies septem statue, octauo die detecta olla stercus exime: & aridum medicamentum vitreo vase reponne: cum vti voles, tres ligulas ex vino per septem dies exhibeto, sed in vino rutā feruefacias: hæc potio

*Gal. ual. Alliot. esu  
cinnabaz m. et sin  
med. fac. fol. 82. 2  
las. 8.*



## Galenus de medic.

potio bene facit, etiam si tumores adsint, & œdemata, resiccat, euacuatq; per lotium: agrotus autem non poterit per totum diem, nisi ter: expertum nanq; est.

*Vt uinum odio sit, et quo modo cauenda ebrietas.*

108.

Vinum, in quo anguilla suffocata sit, potui exhibitum, vini odium parit: idem præstat & uua inferuata. Si tutus ab ebrietate & morbo custodiri uelis, folia rutæ edito: finiunt eadem capitis dolorem ex uino: Idem & acorus facit in cibum sumpta, & thebaica palmula. Ebrietate non tentatur, qui prius aut septem, aut nouem, aut undecim amara amygdala ederit. ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit, quantumuis bibat, ebrietatem non sentiet.

*Vt quis ex uino tantum uini scypho ebrius fiat.*

109.

Sarmentorum uiridis aut aridæ uitis modicum comburens in phiala, ubi uinum est, extinguito: statim ebrietate corripitur.

*Ad lenticulas in facie.*

110.

Baccarum lauri interiora ex melle trita illinito: aut nucleum pineum melli incoctum oculis imposito.

*Ad infantium procidentem sedem.*

111.

Fabrorum aqua, in qua candens ferrum extingunt, calefacta subluo: deinde cochleam compositam & in puluisculum redactam inspergito.

*Ad gingiuas pueri, et dentes orientes.*

112.

Rosarum floribus tritis ex melle illinito, aut ouis cerebro ex melle, aut butyro ex melle.

*Ad lac multum creandum.*

113.

Sesami semen tritum ex passo potum, aut titane elixa cum fœniculo absorpta, aut nasturtium cum brassica potum.

*Ad exstiones per hyemem.*

114.

Muria foueto: ex elixa lente & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma facito.

*Ad aquosum ramieem.*

115.

Plumbaginem cum sulfure, & aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. Aliud. Veteres nuce putridas contritas in mortario accipe & inunge. Aliud. Acetum potui dato, & cerui cornu vstum ad cataplasmatum modum imposito. Aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad solem perungito.

*Ad uulnus incurabile in quavis corporis parte.*

116.

Buglosson herbam euellito, & succifas radices curiose lotas in pila conterito, suillam axungiam adijcito, ac bene emolliens vulnere imposito.

*Ad uomitum.*

117.

Accipe apij radices quinque, fœniculi radices teneras quatuor, anesi drachmam, acetum, mel, & crocum merum, omnia sine croco decoquantur: & post cocturam crocum iniiciatur, deturq; phialæ dimidium.

*Ad aptas, hoc est oris ulcera.*

118.

Oliuæ molles manducentur, aut uuæ passæ agrestes aceto incoquantur, & ex eo os colluatur.

*Ad capitis tumores, quos talpas nominant.*

119.

Locum prius mulso lauato, deinde bubulum fel iniicito, & leporis stercus, aut quod ex sapone confectum est: aut rutæ succum in foramina instillato, aut aristolochiam tritam in ipsa foramina cum aceto infundito.

*De uiribus rutæ.*

120.

Ruta in primis esui potuiq; data visum acuit, ueneris appetentiam extinguit, capitis dolorem leuat, si quis teneris eius folijs capitis ossa contegat: succus præter ea rutæ cum fœniculi succo, & melle commistus atq; illitus hebetem visum acutiorem reddit. Idem præstat & seminis rhani succus ex mulso illitus. Menta quoq; cum polenta i cataplasmatum modum imposita abscessus sanat.

*Ad supprimendum sanguinem.*

121.

Bericem mellis super prunas cocti plenam edendam apponito: & brassicæ ocymiq; seminis utriusq; grana sex trita potui dato ex uino mulieri à multo sanguinis, pfluuio male habitæ.

*Præfagium de agrotante.*

122.

Salicis tenera folia contusa illinito: si roseus fiet, euadet: si uiridis, morietur.

*Ad impediendam uenerem.*

123.

Erucam sacerdotes edunt & rutam & viticem: erucæ igitur semen ex melle, aut cum fœnogre co ieiuno illitum arrigi non sinit.

*Ad dolorem oculorum.*

124.

Crocum tritum, & cum liquore, qui à rosa stillauit, fermentatum illinito.

*Ad capitis dolorem.*

125.

Si hæc adsint signa, oculorum tenebræ, capitis ipsius dolor, aurium sonus, nasi obstructio, summo mane oculorum lachrymæ, nonnullis & oculi caligant, quibus hæc adsunt, caput hunc in modum purgato, origano hysopo & sale nares perfricato: neque in posterum caput dolebit: quod si neglexeris, morbi huiusmodi sequentur: obtusus visus, aurium sonus, capillorum casus, & dentium dolor.

De pectore



- A** De pectore humano. 126.  
 Cum pectus aliquod vitium passurum est, in primis humiditatem in ipso sentire videtur: sicut costæ, crudis abundat humoribus, æstuationem sitimq; habet, ipsius lingua aspera est & spumās, et singulis horis salua decurrit. Conuenit autem ipsum à cœna vomere: aut summo mane stomachum purgare præsumptis raphani radiculis, aut sinapi virēti, aut eruca, aut nassurtio ex aqua repida, & statim vomens sanabitur, si negligenter se gesserit, in spiritus difficultatem, & lateris dolores, & febres acutas incidat, atq; penitus somno carebit. De ventre. 127.  
 Quando in ventre vitium aliquod suborturum est, primo tormina doloresq; in ventre sentiuntur: & alui suppressio, & excretio, & in ipso cibi potusq; perturbantur, & amari videntur, & grauitas in genibus: & circa lumbos renesq; dolores sunt, & omnino febricitabit. His ita se habētibus, simplicibus medicinis purgare oportet: cnicum igitur contusum, & aqua dissolutum potui dato: aut brassicæ, aut betæ succum melle conditū adiecto modico salis propinato, & miraberis: si res neglecta fuerit, difficultas intestinorum, desidendi imoderata cupiditas, & dorsii dolores impendent. Ad grauem auditum, & aurium sonum. 128.  
 \* Nitrum in acetum conijce, oleumq; roseum & vinum & capitis posteriora inunge. 129.  
**B** Aliud. Nigri veratri radicem in aurem conijce, & sanabitur: expertum enim est. Ad custodiendam uitam. 130.  
 Centaurij decocto palmites vitis conspergito, hoc canes, vulpes & cœli volatilia propulsa. Ad uteri strangulatus. 131.  
 Os cordi cerui accipe, tere, & potui da mulieri: & videbis gloriam dei. Ad lumbicos mirabile remedium. 132.  
 Nigellam tritam ex garo potui dato. Ad dignoscendum mas ne an femina sterilis sit. 133.  
 \* Lentem in vtriusq; vrinam separatim conijce: & vtrius lens germinabit, ille est filium creans, cuius vero lens non germinat, ille sterilis est. Ad rigorem. 134.  
 \* Scribe in tribus malis pepopulas aut ita dicito, sanus, drauus, danonus, danubius, & esui dato. Confectio gari Ioaichi martyropolite. 135.  
 Accipe frustulorum panis non fermentati, non conditi, putrefacti libram, nigellæ tziaricam, semiconfusam mentam, calamintham bunisam, aridam, vtranq; semi libræ pondere, rutæ, syluestris thymbrae, feniculi, singulorum tramia quadraginta, aneli tramia triginta, nanachuâ tramia quadraginta, vuarum passarum pinguium maturarum semilibram, palmularū mundarum tziaricam, mellis veri hilari melisij semilibram, sacchari cantij tziaricam, rosarum aridarum, aut humoris ab ipsis per ignem extracti tramia centum. hæc in doliolum cum aqua conijcienda sunt, foliisq; per quadraginta dies exponenda, ipsis vero adijcere oportet in puro linteolo deligata ligni aloes tramia quinq; spicæ tramia septem, caryophyllorum tramia duo, croci tramia tria, mastiches, thuris, vtriusq; tramia decem, struthij corticis tramia quidecim, musci tramiū, ampar tramia duo. omnia linteolo inclusa in dolioli mediū succum demittito: & per quadraginta dies quotidie terito, & exprimito suspendens videlicet in doliolo in medio succo: & post quadraginta dies aquā succo superfluitatem colligito, & in altero vase reponito: & in succū alteram aquā inijcito, & vtraq; insolato: sed postquam totum ius coactum fuerit in altero vase, tunc in nitido cacabo, aut in olla vsq; ad tertias decoquito, & cotoneis maturis impleto: linteolum autem nunquam de medio garo eximito: & optimum garum, omnibusq; hominibus vtile conficies. De capitis dolore Barnabæ monachi. 136.  
 Accipe farinam fabaceam, quantum manu capere potes, et mastiches, cuminiq; parum in vnū miscere oportet cum succo malorum cotoneorum, emplastrum facito, & membranæ illitum frōti imponito. Ad urine difficultatem. 137.  
**D** Vnguētum optimum in vrinarium iter infundito, statim vrinam reddet: aut mel, & syluestre canabim in vnum misce, & perinæo impone: aut muscum in vrinarium meatum immitte. Ad sanguinis è naribus profluuium. 138.  
 Canabina folia trita & arida in narem sufflato: aut pannum lineum combustum ex acri aceto in nares immittito. Ad uteros. 139.  
 \* Obsonium è susculo, & amanetarium verum, et cardid. vsta ex vino veteri potui dato. Ne arbor fructum amittat. 140.  
 Lilij radicē arbori suspendito: ibiq; fructus hærebit, et non cadet. Ad vulnus. 141.  
 Cor cum pelle et cornu cerui combure, et ex oleo inunge. Ad Stomachum. 142.  
 Rutam et thymbam cum ouo, et cuminum, et mentæ radices potui dato. Ad impetigines. 143.  
 Pipere trito ex muliebri lacte inungito, et sanabitur. Ad dolorem dentium. 144.  
 Quorū putamina, sæpiā, et oleū misceto, et coqto, donec tertia pars relinquatur, et tepidū ore contineto. Ad lumbicos ventris. 145.  
 Cornu cerui ramenta ex vino veteri potui dato à balneo. Ad urine



# Galeni de medic.

	145.	E
Coryandrum, mentam, & aquam cum melle decoquito, quoad tertia pars supersit, & i potum offert.	<i>Ad urine difficultatem.</i>	
Suillum finum cum oleo & acri aceto misceto, & locum prius setaceo panno excoriatū inungito.	<i>Ad vulnus dulce.</i>	146.
Paliuri radicem vino incoquito, donec tertia pars remaneat, & à balneo potui exhibeto.	<i>Ad dolorem lateris.</i>	147.
Accipe aloes & spicæ vtriusque miliarisium, ex vino à balneo propinato.	<i>Ad iecur &amp; stomachum.</i>	148.
Caprinum finum cum trifagine ad luti spissitudinem misceto, & faciem oblitino.	<i>Ad conciliandum somnum.</i>	149.
Raphani semen et foeniculi ex melle potui dato.	<i>Ad tussim.</i>	150.
Rutam, & lini foeniculiq; semen cordi imponito.	<i>Ad cordis dolorem.</i>	151.
Lupinos, lauri baccas, taurinum fel misceto, & vmbilico superdato.	<i>Ad lumbricos aluum occupantes.</i>	152.
Testudinis testa suffita bene facit.	<i>Ad hemorrhoidas.</i>	153.
Ouorum afforum vitellos in sartagine combure, et in modum emplastri impone.	<i>Ad exustionem.</i>	154.
Garum, sulfur ignem non expertum, et oleum misce, et inunge: effectum miraberis.	<i>Ad pruritum.</i>	155.
Chrysolachani semen, mel, & crocum confundito, et in lectulo cubantem illinito: bene facit.	<i>Ad morbum regium.</i>	156.
Chamaeleonis radicem contunde, et urticæ summitates contrarias inijsce.	<i>Ad vermes.</i>	157.
Foeniculi radices contritas ieiuno potui dato: admirabile remediū est.	<i>Ad tussim.</i>	158.
Maluam, et saluix radicem conterito diligenter, et in vas cum generoso vino confijscito, à balneoq; comam illinito.	<i>Ad comam.</i>	159.
Rubi succus expressus, tepefactus, et in aurem infusus dolorem finit.	<i>Ad aurium dolores.</i>	160.
Chrysolachani contusi, mellis, vtriusq; ligulam vnam, ex vino calido ieiuno exhibe.	<i>Ad regium morbum.</i>	161.
Valde bonum. In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito, & sanguine effluente vtilitatem miraberis: Si lienis vero doleat, idem facito in sinistrum latus iacenti.	<i>Aliud G</i>	162.
Viticis grana esui potuiq; ex vino mane vespertiq; exhibeto.	<i>Remediū ad renum vitia.</i>	163.
Eruca, nasturtij, raphani semina conterito, et melle attico comprehendito, et ex vino vetere drachmam potui concedito.	<i>Remediū ad renum vitia.</i>	163.
Doliū vino impleto, quantum fuerint mensuræ viginti, & ex ipso mensuras duas accipe, et in lapideam ollam confijsce, et adde seminis foeniculi, lini, aneli, singulorum miliaria cētum, cum his bene feruefacere oportet, et ex sacculo percolare, et sextarium in doliū mittere: deinde accipe triplicidij miliaria centum, caryophyllorum miliaria quinque, croci miliaria, cyperij, ligni aloes vtriusque miliaria quinque. omnia in vnum trita et cribrata lineo linteo inuoluito, et in medio doliū statuato, atque vitior.	<i>Basilij iusti melitiorij de ratione vitius ad regium notarium grammaticum.</i>	164.
Te oportet singulis diebus rosei mellis miliaria viginti accipere, apij seminis miliarium vnū, aneli miliarium semis, et ieiunare vsq; ad meridiem, et tunc gustare. Nam propterea ita te facere statuimus, quoniam rosa stomachum confirmat, mastiche calefacit, foeniculum & apium, si in iecinore ac liene multitudinem atrorum succorum offenderint, detrahunt, & per lotium efficiunt absq; molestia: anesum vero, eo q; flatus à ventre dilijcit, stomachūq; corroborat. Iccirco te vsq; ad meridiem cibo abstinere præcepimus, vt ne alter morbus appareret, vtq; vis herbarum diutius in ventriculo moraretur. Cum vero decem dies præterierint, eundem ordinem assidue obseruato, cum roseo saccharo, vt stomacho robur addatur, viuasq; indolenter. Fecimus autem & de alimento sermonem hunc in modum.	<i>Consilio vini perspicui &amp; coccini.</i>	164.
Primo die amygdala amara decē cū pane & vino, quantum satis sit, te edere cōuenit: Secundo die mel cum pane & vino, quod sufficiat, edito: Tertio die agni anniculi carne vescaris: eius scapu lam elixam igne torreto, cum pane biscocto & vino, quod satis, edito: Quarto die oryzam solam aquæ incoctam addito melle cum pane & vino, quantum sufficit, edito: Quinto die grana punici mali, amygdala, allium cum dauco, ficis aridis, & vuis passis decoque, & vescere cum pane & vino,	<i>Ratio victus in cibus &amp; ieiunio.</i>	166.



**A** vino, quod sufficiat: Sexto die similem carnem anniculam in sartagine cum dauco decoquito, & vescere, panis & vini, quod satis est, addito, ut vis punici mali obtundatur. frigida enim est, atque ideo malum punicum adiectum fuit, ut quæ antea per quinque dies assumpta fuerant, refrigerarentur. erant enim reuera calida. Septimo die carnem minutim concisam cum cicere et condimentis decoque, & vescere, quantum satis est. Octavo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus syriacis, croco, dauco, passis uvis, cum alijs carnibus concisis, cum melle, quod satis sit, decoque, & vescere cum vino, quantum sufficiat. Decimo autem die ciborum ieiunijque ratio ita se habet, mali punici granum, quemadmodum & prædicta, decoque, & cum vino, quod sufficit, ede. Hæc est sumendi cibi ratio: semper tempore cœnæ menta ex melle utitor, ut cibi digerantur, & ne pituita ventriculus abundet. Quod autem bona valetudine fruaris, venam sine noxia causa ne secato. Quod si morbus caput tentauerit, venam caluarie secato, & extrahe sanguinis miliaria decem. hoc autem bis feceris & aprili mense, & septembri, per triduum ante & post abstinentiam imperans. auxiliium quoque bis prædictis mensibus deuorato, & capitulis papaueris ut dormias utere, caueasque a coitu: quod si velis, semel in septimana post noctem mediam id facito. At iulio mense & augusto te per biduum vomere oportet: utrunque, quoniam per diem vnicum stomachus purgari non potest.

**B** Quando autem vomis, cauto, ne aquam prius, aut postea biberis: dumque vomis, oculos velato, & deligato, stansque vomito loco edito, aut super fluuium: a vomitu si sitias, tolera sitim, et sobrius esto. Te uti lauatione oportet mense aprili usque in totum nouembrem: ceteris mensibus abstineo. quod si lauare volueris, semel tantum in septimana lauator, idque semper ieiunus: si sitias, temperatam aquam bibito, & balneum egressus oleo, & mulieris lacte, quæ foeminam peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum fuffuribus foueto.

Ad capitis dolorem.

167.

Accipe amygdalorum libras tres, feminum cucurbitæ librâ vnam, oleo ab utrisque expresso capitis verticem, nares, pedes ac manus inungito.

Aduersus vini noxam.

168.

Cotonea mala matura dulcia accipito, & mundato, deinde succum exprime, & in vinum infunde.

Inuictio experta ad artuum dolorem, manuum pedumque interrimeta, cornu telas, adustiones hyemis, & uenti manus pederis, ledentis, qui sarracenicæ lingua tlen dicitur. compositio ita se habet.

169.

Accipe axungie anserinæ partes duas, & medullam ceruorum iuuenum, & martafancem raparam, & mel super carbones decoctum & percolatum, pone in lapideum lebetem, & seruefacito, quoad prædicta pinguis tabescant, quibus adhuc calidis martafancem iniicito, & cum prorsum refrixerint, mel addito, & bene instar malagmatis subigito, & ad ignem, aut in furno inungito, et bene perfricato: tantisper autem inunge, donec dolor abscellerit.

Ad ægyptos, i. fistulas angulorum oculi.

170.

Taurinum fel, & liquidâ picæ, & acetum in vinum miscens emplastrum conficito, & imponito, aut rutæ folia cum chorygio in foramina immittito.

Ad vulnera incurabilia.

171.

Antiore panij radicem in vinum dulce demittito, & ægrotanti potui dato.

Ad pulmonem inflammationes.

172.

Piperis grana. xv. salis micæ totidem terito & teaphen illorum addito, in vnumque cogito, & cum fimo gallinæ rufæ, atque oleo inungito: aut dauci semen, & nigellam, & porrum conterere, & potui exhibere.

Ad talpas.

173.

Accipe trifraginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito & in modum cataplasmatum imponito.

Ad dolorem uentris & stomachi.

174.

Thus cum vino antiquo in cacabum conijcito, & donec tertia pars super sit, decoquito, atque ita in balneo propinato: aut oleum & vinum perinde coquito, & tepidum in balneo potui dato.

Ad stomachi uitia.

175.

Cuminum & cinnamomum coterito, & myrrham, mastichem, & bliscunem modicum adijcito, deinde cocta & mista potui offero: aut mentem ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas propinato.

Ad debilitatem genium.

176.

Lini semen & mel in aqua seruefacito, & cordi in modum cataplasmatum imponito.

Ad dolorem lateris.

177.

Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplasma facito, & cordi superdato.

Ad lienosos.

178.

Brassicæ folia, ammoniacum, acere acetum, omnia misceto, conterito, & locum per triduum oblinito: aut platani folia aqua decoquito, quoad tertia pars super sit, & potui dato: aut brassicæ folia igne torreto, & trita ex igne propinato.

Ad profluum sanguinis muliebre.

179.

Taurini cornu ramenta ex aqua pota sanguinis profluum sustunt: aut lulacem, & brassicæ semina & scammoniam in vnum misceto, & potanda exhibeto.

Ad stomachi compressionem.

180.

Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut mali coria, & usque ad tertiam partem decocta: aut sceni graeci melli incocti ius potui dato.

Ad caliacos, hoc est ventriculosos.

181.

Nasturtij semine in noua olla conijce, & decoque, deinde ouum separatim elixa, & eius putamen detrahitur.



trahito, & ipsum diligēter cōterito, & nasturtij semini elixo adjicito, & vnā seruefacito, atq; siue E  
litægrotās, edito, sin id nō possit, aquā potato: aut taurinos renes frictos potui dato: aut veterem  
caseū acri aceto incoctū ieiuno esui dato. *Ad vine difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterito, & panniculo expressum potui exhibeto: aut sceniculi radices  
ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

*Ad exterius prominentes ani tumores.* 183.

Vinā calcē & recens arsenicum in vnū mista iponito. *Ad artuum dolores.* 184.

Quiquenerutiū & scorpidiū & acetū modicū misceto, & locū oblinito: aut sinapi & caricas in  
vnū conterito, & in balneo superdato. *Ad dolorem genuum.* 185.

Maluam, hordei farinam, lini semē vnā contere, & in sartagine cum oleo fricta loco impone,  
*Ad ossa fracta.* 186.

Accipe picē, thuris puluerē, palmulas, maluæ florem, oui album omnia mista iponito, & stupa  
superaddita, calamis ac fascia deligato, sanabitur. *Ad quartanam.* 187.

Vinum vetus trifaginem incoctam habens ter potui dato.

*Ad morsum scorpj.* 188.

Testā igne candentē impone: aut alā ex melle potui dato: aut humū respiciens, quem lapidem  
premebas eum imponito. *Ad ueneficia & prestigia.* 189. F

Caridion & latum cuminum & zochij radicem ad tertiam partem decoque, & ex vino vete-  
re potui da: gesset & glaneum ossa. hæc enim suffita demonas abigunt.

*Vt mulier concipiat.* 190.

Leporis vterum frige, tritūq; assidue propina, habeat autem & leporis sanguinem: aut vulpis  
stercus cum seuo bubulo misce, & mulieris viriq; genitalia inunge.

*Ad foetum in utero mortuum.* 191.

Muliebre lac cū melle & radicibus amarāthi potui dato, & exhibit. *Vt lac abundet.* 192.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque, & quotidie māmas obline: lacte mulier  
affluet. *Ad uteros.* 193.

Auem iugulato, & festucam lineo panniculo inuolutam intra auem condito, atq; ita elixato,  
ius potui dato: suito vero auis oculos, & manetarem verum, & caridion vre, & propina. \*

*De inuoluntario mictu.* 194.

Gallinæ gulam gutturi annexam conterito, & vrito, ac iterum diligenter terito, & ex vino ve-  
tere potui dato. *Ad roborandum penem.* 195. G

Rapi semen tritum mellī admisceto, & panniculo attrito illitum peni circumdato.

*Ad scabiem iuguium.* 196.

Sinapi mentamq; ex aceto coctam imponito. *Ad intertrigines.* 197.

Muscum marinum aquæ marinæ incoquito, & expresso humore imponito.

*Ad podagram.* 198.

Accipe myrrham mur vocatam, herbamq; pulicarem, aut pyzurcatum mystri mēsurā ex ace/  
to, pedes illinito. *Ad roborandum Stomachum.* 199.

Accipe lignum aloes, acorum, cyperum, mastichem, thus, nigellam, fœniculum, & spanthos,  
valde conterito, & in vnum corpus redigito, & ex succo punici mali & melle super carbones co-  
cto potui offeras. *Ad sputum.* 200.

Rofaceum zupha, aut hyslopi, quod ad tussim facit, & angustiam & dolorem pectoris, cōposi-  
tio hæc est. Accipe mansuicorum drach. ij. vnā, vel zinzipha numero viginti, zepistania, vel  
myxia totidē, ficos aspr. dulces numero. xv. aut dulcem radicem semitritā mēsurā drachmæ: chaf-  
chafis contusi, vel papaueris capitulorum drach. v. parefausa, vel polytrichi. drach. ij. anesuen vel  
dulcis anesi drach. ij. tolme caraus, vel apij feminis drach. ij. vuas passas, grana bona logarice. s. H  
zupha vel hyslopi drach. iij. rhazani, vel feminis fœniculi drach. duas. vuas passas, granaq; mista  
lauato, & emoschasum ex aqua refrigera per diem vnum & summo mane: vt elixatum cū prædi-  
cto videlicet logaricyon vnc. iij. & tantisper decoquatur, donec aquæ remaneat logarica vna &  
semis: & tunc percoletur, vt certe sciatur in ipsa nullam remanere materiam, deinde sacchari loga-  
ricam vnam addito, vt zulapion fiat: & quotidie vnum potato per dies octo, & oleum amygdala-  
linum instillato. *Ad uomitum biliosum.* 201.

Bilem vomētibus huiusmodi cataplasma adhibendum est, quod ex his constat: palmulis, ficis,  
gallis in vino aut posca incoctis & pane exceptis: acacia præterea, hypocistis, & balauista, & rhus  
cataplasmati adijciantur: itē cucurbitula magna cū multa flāma stomacho si affigatur, bene facit.  
cibus paucus & crebro exhibendus est. Verū ad atram bilem vomentes & stomachum inflatum  
spongias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto, aut ex ederæ folijs vino incoctis cataplasma fa-  
cito. *De singultu.* 202.

Singultus aut ex repletionē, aut ex inanitate, aut ob acres humores stomachū mordentes ex-  
citatur, quibus vomitū reiectis desinit, pleriq; autem, si compositione ex tribus piperibus deuo-  
rata, mox vinum biberint, singultire solent, cibo præterea in mordacem qualitatem corrupto q-  
dam



**A**dam singultiant, vomitum sanè ob plenitudinem, aut morsum singultiantibus remedio esse inuenimus; caliditatem ipsi, qui ex refrigeratione: si vero ex humorum copia singultus fiat, euacuare vehementius oportet, id sternutatio præstabit: sed ab euacuatione singultus sternutatio non curat: singultiantibus autem ruta ex vino danda est, aut nitrum ex mullâ, aut seseli, aut daucum, aut cuminum, aut zingiber, aut calamintha, aut nardum gallicum: hæc singultibus ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut ex multitudine ciborum auxilia sunt; ad eos vero, qui ob frigidorum, aut crassorum succorum multitudinem singultiant, castorium ex postea potui datum bene facit: cuti quoque ex oleo vetere cucumerino illitum prodest: scillinum quoque, aut mullum acetum potum iuuat: item spiritus retentio magnifice singultum discutit.

*Ad pedum intertrimenta, scissuras, & perniones.*

203.

**R**ubrica vel sinopidis, & cimoliae paribus portionibus ex caprifici succo illinito. Aliud. Ederam, calamintham & salem in aqua simul incoquito diligenter, ac pedes semel atque iterum lauato, & sanitatem recuperant. Aliud. Muriam crassam calidæ aquæ admisceto, ex ea pedes ac perniones foueto. Tertium, sal, cuminum, oleumque misceantur, & prius inunctos pedes illinito curioso: nam per occultos sensibus meatus materia elabitur.

*Ad podagram.*

204.

**S**emper uiui succo diligenter cocto utere. Aliud. Vini succum asinino lacti, ac dulci vino admisce, & illine. Aliud. Phoca, leonis, lupi, aut vulpis corium si quis elaboret, & calceos gestet, pedes non dolebit. Aliud. Vespertiones tres aquæ pluuiatili incoquito: deinde hæc aquæ adijcito lini seminis triti vnc. quatuor, oua cruda tria, olei cyathum vnum, bubuli stercoreis, ceræ vtriusque vnc. quatuor. omnia in vnum corpus redacta subigito, & cubitum eunti semel atque iterum applicato.

*Aceti scillini confectio ex Galeno.*

205.

**S**alubre optimum acetum scillinum à Pythagora scribitur, quo omnes imperatores vsi sunt: ab ipsius auctore fertur: quicumque hoc vtantur, longæ vitæ fore, & eius extrema integra vsque ad finem permanfura: & ipse quidem Samius senex huiusmodi extitit. quantum enim temporis vixerit, haud ignoras: de ipso enim in libro traditum est, quod cum suis consanguineis hæc facultatem communicauit. cumque hoc medicamento uti incepit, quinquagesimum annum natus erat, & vsque ad centesimum decimum septimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduersa valetudine tentatus, hæc sanè medicamenti auctor disseruit, quod fortasse vir philosophus erat mentiri nefcius: nos autem viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam constantemque huiusce medicamenti facultatem esse testamur. Oportet igitur scillam montanam libræ vnius ponderis capientem, dura circumcidere, & mollia minutatim concidere, et aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mittere, atque obturare: ac per triginta dies in canicula caloribus, vt maceretur permittere, deinde scillam extractam exprime, id genus aceti parum mane sorbeto. tibi enim hæc euenient, vt ne faucium orisque partes vnquam remollescant, os vetriculi bene valebit, facile spiritum duces, vox recte habebit, oculi acutissime cernent, aures in officio manebunt, nullusque flatus vapor in ventre vnquam excitabitur, nullum viscus suspensum erit: bene spirans, bene coloratus deges, ad ciuilia negocia recte affectus, non acidum, non falsum ructabis, si aliquid aceti huius assumpseris: et ieiunus vt affumas præcipio, septemque postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto qui vitur, in victu quauis licentiosus esto, omnia enim cibaria conficiet, & à nullo vnquam offensam patietur, neque valde implebitur, sed in melius proficere videbitur; nihil superuacui in corpore residet, non flatus, non bilis, non sterces, non vrina, sed omnia facile excernit atque educit; aluus lubrica omnino est; totiusque corporis purgatorium est medicamentum, etiã si in ossibus sordes inhaereant: item phthisicos ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restitutos nouimus; morbo comitali diuturno efficaciter profuit, vt nisi post longa temporis interualla non redierit; incipientem vero ac nouum perfecte discutit, neque reuerti amplius hunc affectum permittit: ad podagras præterea, & articulorum morbos, iecoris, lienisque duritias vehementer facit: & particulares quidem aceti scillini effectus hi sunt: communes autem quamplurimi, quibus nos commoti salutare hoc medicamentum sanitatis integritatisque causa tibi tradidimus. Deficit.

*Vini scillini compositio ex Galeno.*

206.

**V**inum hoc potui datum omnem sanitatem affert. humores enim attenuat, sed maxime pituitam, neque ipsam in stomacho, aut ventre, aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis, aut ossibus consistere permittit, neque alium id genus tenacem humorum obstructions facientem, sed omnia dissoluit, & ventrem lenit, atque ita subducit, & urinam mouet, & ipsam causas attenuat excernitque: adeo vero caput purgat, vt nares humiditate vacent. commodum est podagre, articulari, & comitali morbo: denique omnis sanitatis auctor est, ex his constat, scillam albam montanam circiter canis exortum accipito in libræ pondere, per dies decem in umbra refrigera: deinde scillæ folia refrigerata in vitreum vas mitte, & vini albi veteris sextarios duodecim super funde, & suspensum vas per quadraginta dies habeto, postea scillam exime, & abijce, & vino ad antedicta vitia utere, & eius vim percipies, subinde ante cibum vini duas vnc. exhibe: sin à cibo, vnciam mediam, quod si ipsum potui commodum efficeret



## Galenī de medic.

- efficere velis, vt magis delectet, mellis sextarios duos, aut tres admisceto.** E  
*Medicamentum, quod manducatum Stomachi pituitam detrahīt, gargarizatum caput purgat.* CAP. 206.
- Origanū, gūmi, hyssopū, sampsucū, pulegiū, thymū, passi vncijs. iij. incoqto, donec vna remaneat, & gargarizandū dato: excutit. n. ēr pulmonis materias, si edaf: id autē quotidie facito, probatū est enim. 207.  
*Ad urinam reddentes egre, aut nequaquam.*
- Lectuli cimices terito, & vrinarum foramē illinito, statim vrina decurret. Id etiā ad pueros mingere nequeutes benefacit. 208.  
*Ad calculosos, & urinam prouocandam.*
- Baccarum lauri, & piperis aequas portiones terito & cribrato, & ex mulsæ mensura vna exhibeto: mulsæ vero calida esto. Aliud lapides atterens, & mulieribus virisq; vrinam prouocans. Lauri corticem aquæ incoque & permisce, sorbendumq; propinato: vehementer facit. 209.  
*Ad sanguinis mictum.*
- Accipe ziziberis drach. ij. brassicę seminis drach. iij. papaueris drachmā succo excipe, & globulos facito, laborantiq; exhibeto. 210.  
*Ad urine stillicidium.*
- Thymi & foeniculi aequas portiones conterito, & ex aqua temperata calida potui dato. 211.  
*Ad dolorem viæ urinarie, & difficultatem mictus, atque anbelitus, & ad sanguineum lotium, & calculum.*
- Afari, myseos, nardi gallici, aequas portiones accipito, melle attico, cuius spuma abiecta sit, excipito, & dato nucis ponticę magnitudinem: facit enim etiam senes cōualescere: quibus effluxus siccor est, eūq; ualidiorem reddi. 212.  
*Ad inuoluntarium urine exitum.*
- Lilij radicē elixam potui dato. Alterci quoq; succū aut semē in vino & lacte maceratum corio cerui includito, & dextro femori appendito, miraberis. Aliud. Apri vngulas vltas ex vino potui dato: aut galli testem vltum edendum apponito. 213.  
*Ad inuoluntarium mictum. Cochlearum cum testa vltam tritamq; ex vino cubitum eunti potui offerro.*
- Lini semen, piper, petroselinum tusa & creta ex condito accipe cochlearium vnum. 214.  
*Ad exterendos calculos expertum.*
- Scorpios marinos exiguos tres integros comburito, & cinerem ex condito propinato. 215.  
*Ad supprimendam aluum.*
- Rhun atq; oryzam vino incoque, donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immitte: aut vinum austerum, in quo hirci iecur incoctum sit, potui dato: aut gallas vltas bene terito, & suillam adipe misceto, frictasq; ex aceto elui dato laboranti \* piperis drachmam, farina lupinorum drachmas tres, mellis ligulam. 216.  
*Ad citandum sudorem, & finiendam febrem.*
- Cachryos semen ex oleo illitū, aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum hora vna intervallo post accessionem. 217.  
*Ad canis morsum.*
- Vrticę semē emplastri modo ipositū, aut nigri marrubij folia similiter, aut apiastrum ex vino potum, vel moribus impositum, aut allium illitum, aut allium potui esuiq; datum. 218.  
*Ad morsus canis rabiosi. Brassicę folia cum lassere ex aceto trita imponito. p. se. n. brassicę rabiosi canis moribus aduersatur, & ipsius decoctum potui exhibitū, elixa autē brassicę ante alios cibos assumpta phthysicos sanat, & arteriæ vitia emendat: contrita vero & lieni superdata ipsum consumit.*
- Alba populus arida, trita, & ex melle illita collo, aut nasturtij semen, et columbinum finum ex melle instar cataplasmatīs imponito. 219.  
*Ad internas ani prominentias.*
- Amaranthum aqua maceratum mane vespriq; potui dato. 220.  
*Ad lienem cataplasma ualde efficac.*
- Inulam, sinapi, baccas lauri fm proportionem accipe & tere, deinde nucis nouę corticem parum contundito, mox in pilam coniectum validius terito, & eximēs aceto acri macerato per triduum, & omnia in vnum redigens cum succo tiberiadis vsq; ad cataplasmatīs temperaturam decoquito: & lieni summo mane per octo dies imponito euacuato prius ventre, atq; miraberis. Aliud ad cōminuendum lienem. Capparis radicum vnc. iij. calcis viuæ vnc. iij. contusas cribratas acetoq; cōmixtas imponito non diutius horæ spatio, totus lienis absumit. Aliud. Brassicę decoctum solum ex aceto multo ieiuno potui dato: aut rubi radicem vsq; ad tertiam partem decoque, & decoctum per triduum dato. Aliud. Corticem nucis ex aceto ac mellis incoctā ieiuno propinato: aut ferrum candens in multo extinguito, & potui dato: admirabile est. 221.  
*Ad nigros dentes.*
- Palmularum ossibus mastiche & melle dentes per septem dies perfricato: & albi redduntur. 222.  
*Ad lumbricos alui.*
- Lupinos, lauri folia, ac fel bubulum misce, vmbilico impone: id bene facit. Ad interiores



- A** Ad interiores exterioresq; ani prominentias. 223.  
 Amylū, picē, aquā vnā feruefacito, donec tertia pars remaneat, ac per septem dies potui dato.  
 Ad dolorem dentium. 224.  
 Vitis racemum capiēns in sartagine frigito cum oleo, auriq; instillato, & conualefcet.  
 Ad hīrūdines. 225.  
 Aristolochiam terito, & sale conspergito. Ad calculos. 226.  
 Lauri baccas piperq; misceto æquali, & ex mulsā mystrū vnū dato. Aliud calculos frangens.  
 Lauri corticē aquæ incogto, quoad tertia pars supsit, & forbēdū exhibeto. Aliud calculos frangens.  
 Turturis sterus vsū ex mulsā p̄beto, lapides, n. p. vrinā exturbat. Aliud exptū ad calculos.  
 Struthij, rhu pōtici, capparīs, singulorū drac. accipito: dato quotidie ex vino albo drach. & p̄  
 micētū subdentiā calculosam eijciet. Aliud. Origanū in aqua vsq; ad tertiā decoquito, & de  
 coctū cyathum vnum potui dato. Ad hīllicidū, & difficultatem urinae, & primo ad hīllicidū. 227.  
 Fœniculi seminis, palmarū thebaicarū pares portiones cōterito, & ex aqua tēperata calidas, p̄  
 pinato. Ad urinae difficultatē & hīllicidū. Costi, mellis, aquæ cyathos nouē accipe, des potui crate  
 rē mercede prius petita. Aliud. Cyperi asiatici triti cochleariū vnū, ex vino meraco, aut ex mel  
 le exhibeto, periculū de ipso factū est. Ad urinae difficultatē. Petroselinū macedonicū terito, &  
 ligulā vnā exhibeto. Ad hīllicidū. Cucurbitā aridā cōterito, vt farine istar sit, cuius exiguū co  
 chleariū ex aqua potui dato. Ad mingentes in stragulis. Leporis cerebrū ex vino, p̄pinato. Aliud.  
 Vesicā affam elui dato per triduū, aut cyperū tritū \* potui dato: aut leporis testiculū ex vi  
 no odorato tepido, p̄pinato. Ad hīllicidū. Thus accipe, & in vino diutius feruefacito, propi  
 natoq; per triduū \* accipiēns raphida marinum pisciculū comburito, & potui cinerem of  
 fert. Ad impetigines. 228.  
 Cornu ceruini ramenta acerrimo aceto iocoquito, vsq; dū tertia pars remaneat, ex eo illinito.  
 Ad feras impetigines. CAP. 229.  
 Hordei farinā aceto acri p̄mistā iponito: aut hastulæ regie radice ex aceto trita illinito frequē  
 ter: aut lineū p̄aniculū sup candēti ferro cōburito & illinito, aut nucis virentia folia cataplasmatīs  
 modo iponito: hoc & ad scabiē facit. Ad penis dolorē, & inflātionē. 230.  
 Cuminum & ouorum putamina bene decoquito, & foueto: effectum miraberis.  
 Ad impetigines. 231.  
 Allium, & theaphen, aquam & oleum, omnia misceto, & illinito.  
 Cataplasma ad vulnera recentia à gladio aut ligno illata, 232.  
**C** Salicis folia trita imposito, & sanguinem profluentem supprimes, & vulnera glutinabis, atq;  
 sanabis: aut ouillum sumum ex oleo tritum instar cataplasmatīs imposito  
 Ad pemiciosa medicamenta. 233.  
 Rutā, sicū, & nucē terito, ac ex vino potionē dato: aut fulicæ sanguis liq̄dus ex oleo potus ser  
 uat, à potu uenenosi medicamētū, & à viperæ morfu liberat. Ad fluxionem gutturis. 234.  
 Nido hīrūdinis trito ex aceto illinito. Ad mammarum mulierum tumores 235.  
 Caprinum sterus aridum ex vino meraco imposito, inflammationem enim digerit.  
 Ad dolorem capitis lupinum. 236.  
 Suillum sumum cōburito, & cinerem melli admisceto, caputq; rasum inungito, ac super brassi  
 cæ folia dato. Ad tussim, & bellicam febrem. 237.  
 Styracē & brassicæ succū simul terito, & fermētatos ieiuno, & cubitū eūti exhibeto: aut laurei  
 olei, & vini generosi vtriusq; drach. iij. misce & calefacias \* in balneo interius: & vinū oleūq;  
 calidū tēperato, & stomachū foueto. Aliud. Lixiuū p̄colatū calefacito, & tussietis pedes foue  
 to, & spōgia deterfos illine, & foue: id vero tussibus medet. Ad tusses. 238.  
 Resinā ex vino vetere tritā ieiuno potui dato & pulegiū i posca decoctū, & beronicē cū melle  
 fermētata elui dato: aut raphanū tostū mane ac vesperī edēdū apponito: aut butyrū i sulfum, quā  
 ta est nucis auellanæ magnitudo, deuorato. Ad humores pectore contentos. 239.  
 Vrticæ folia cum ptisana decocta potui dato, bene facit ad inflatiōes, & materiam ex pectore  
 euocat. Ad tusses. 240.  
 Fœnum grēcū, quoad tertia pars super sit, decoque, & iusculū summo mane ex melle exhibe.  
 Vt vox canora reddatur. 241.  
 Tragacantha vino madefacta & in potum assumpta vocem splendidam reddit.  
 Ad uocem amissam. 242.  
 Styracē terito, & ex aqua globulos amplitudinē cicerū æquates cōficito, & tertio cū dederis,  
 statim loquet: Vt capilli & barba crescant, si decidunt. 243.  
 Betam, & myrteum oleum, & polytrichū misceto, capillosq; oblinito: aut adiantū, et ladanum  
 æquis portionibus terito ex imaturo oleo, aut myrteo, aut lentiscino, & illinito. Aliud. Lada  
 nū in vinū amīnāū myrteūq; oleū mittito, & terens vtrūq; ad mellis spissitudinē redige: caputq;  
 in balneo perunge: melius est & illud adiantum, quod nōnulli polytrichon vocāt, si septima pars  
 ladanō addatur, & illinatur. Ad renes dolentes. 244.  
 Cum pulegio farinae surfures decoquantur, & ius p̄coletur, spongiaq; eo imbuta fomētū fiat.  
 Galeni